



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniae, 1654

S. Calliopius M. S. Aibertus Erem. S. Hermannus Ioseph. 7. Apr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

1. S. Calliopius M. eximia sanctitate iuuenis ad agenda cum gentilibus Liberalia, libere abnuuit, ut nefas. Itaque rotæ armatæ cultris, & igni est addictus, sed ab Angelo suo tutelari à neutro supplicio enectus, ut mater eiusdem M. nancisceretur campum in quo se Machabæam monstraret, quod fecit luculenter, & illum ad mortem gloriosam animando & in mortem assequendo.

2. S. Aibertus & seuerissima vita & deuotione in B. V. M. celebris, ab eadē Dna sua buccella panis donatus est, qua XXII. annos inopiā cibi, & duobus minus desiderium bibendi sustentauit. Cumque iam plurimos ad viam duxisset virtutis, ipse à Dno ductus est in viam salutis. A. fere 1124.

3. B. Hermannus Steinfeldensis dictus ex Ord. Præmonstratensi breuissime laudatur cum alter Ioseph, B. V. Sponsus appellatur.

S. Calliopius M. S. Aibertus Erem.
S. Hermannus Ioseph. 7. Apr.



Amor Dei.

Nimis durus est animus, qui si dilectionem ne sciat impendere, nolit respondere, *August.*

Deus qui nos concedis S. Martyris tui Calliopij (S. Aiberti conf. S. Hermannus conf. tui) natalitia colere, da nobis in aeterna beatitudine de eius societate gaudere, Per D. N. Iesum Christum &c.

Ora pro conuersione Infid. &c.